

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, SS.
Theol. D. ... Ad Exequias, Quas Matronae honestissimae Ingeburg Schelwichs
Liberi moestissimi Hodie ad horam primam parant, Cives omnium ordinum
Academicos studiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779466>

Druck Freier  Zugang



Mauritius, C.,
in
Ingeburg Schelwich,
uxor. B. Bischoff.

Rost. 1651.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775779466/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779466/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775779466/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779466/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775779466/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779466/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
CASPARUS MAURITIUS,
SS. Theol. D. ejusdemq; P. P.
& Eccles.
Ad Exequias,
QUAS
Matronæ honestissimæ
Ingeburg Schelwichs

Liberi moestissimi

Hodie ad horam primam parant,
Cives omnium ordinum Academicos
studiosè invitat,

•S(0)•

¶

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
Anno M, DC, LI,

221







Um omnes alii Fidei

Christianæ articuli, quos Symbolum Apostolicum sic dictum complectitur, efficacem in quibusvis hujus vitæ ærumnis, imo in ipsa quoq; morte consolationem suggerere aptæ natæ sunt, tum in primis tres ultimi, quos credere nos profitemur, articuli hanc rem præstare divina admiculante gratia possunt: *Remissio peccatorum, Carnis resurrectio & Vita eterna.* Quod cum olim probè intelligeret Illustrissimus & doctissimus Princeps ac Dominus, Dominus Georgius Princeps Anhaldinus, Præpositus Magdeburgensis &c. Princeps nulli pietate secundus, noluit in consolatoria Epistola ad Illustrissimum Dn. Fratrem morbo decubentem alio animæ pharmaco uti, tres arbitratus fidei articulos sufficere ad quemvis animæ pariter & corporis morbum depellendum. Hos, inquit, tres articulos tanquam præcipua consolationum capitulum summis calamitatibus nostris opponere discamus, ut in hora mortis in hac consolatione acquiescamus, propter quam facta sunt reliqua omnia. Condidit enim immensa bonitate Deus omnes Creaturas Angelicas præsertim & humanas, ut vita viverent æterna. Cum autem lapsi essent homines, Deus ex mera bonitate justissimam iram miser-

A 2

miseri-

misericordia temperans, mirando totius Trinitatis consilio decrevit, ut pro peccatis omnium nostrum victimam factus filius nos ad finem illum reduceret, ad quam initio conditi eramus. Atq; ideo conceptus, natus, passus, sepultus, resurrexit, ascendit ad caelos, & in corda nostra mittit Spiritum Sanctum, accedit nova lucem, atq; in orbem universi mittit doctores, per quos collecturus Ecclesiam sanctam Catholicam fide & charitate conjunctissimam annunciat verbum gratiae, ut habeamus Remissionem peccatorum: Carnis resurrectionem: Vitam deniq; æternam. Nempe tria sunt, quæ in hac vita anxios nos & sollicitos reddunt: conscientia vitae multis peccatis contaminatae, mors imminens malorum omnium terribilissimum, deniq; vita praesens variis casibus infesta. His malis tamen bona opponuntur. Neq; enim ob peccata vitae anteactæ torquebitur, quisquis credit toto pectore, sanguinem Jesu Christi Filii Dei fusum esse, ut nos mundaret non ab uno vel altero, non à levioribus duntaxat, verum ab omni peccato, eundemq; Filium Dei sedentem à dextris Dei Patris interpellare pro nobis, cui profecto nihil negabit clementissimus Parens. Themistoclem Plutarchus commemorat, exulem adeuntem Regem Molossorum, à quo sibi alias irato metuebat, filium Regis adhuc puerum accepisse, & hunc tenentem ad focum Regis procidisse, πόντην μεγίστην καὶ μόνην χρεὸν ἀνατίππητον οὐ γε μένων ινεσιαν τὴν Μολώσων, quod hunc supplicandi modū maximum & solum ferè repulsa non obnoxium Molossi reputent. Fides manus est, quæ Christum apprehendimus, complectimur atq; ad salutem nobis applicamus, quem tenentes adeamus Patrem cælestem, nec ullatenus dubitemus, quin Ipse iram Patris à nobis averiu-

ayeriu-

aversurus, exules nos restiturus, & peccatorum omnium
veniam promptissimè sit largitus. Hac fiducia pleni
mortem non horremus, et si ea sit horribilis quædam na-
turæ destructio, peccati stipendium durissimum, fidissi-
morumq; amicorum, corporis nimirum & animæ, di-
remtio. Scimus enim carnem nostram resurrecturam,
adeoq; hic parem futuram Christi capitum, cuius resurre-
ctionem Ecclesia nunc devota memoria recolit, & mem-
brorum conditionem. De Solduriis sive de votis apud
Gallos Cæsar lib. 3 de bello Gallico hæc posteritati re-
liquit: Eorum hæc est conditio, ut omnibus in vita com-
modis unà cum his fruantur, quorum se amicitiae dedi-
derunt: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum
una ferant, aut sibi mortem consciscant, neq; adhuc ho-
minum memoria repertus est quisquam, qui eo interfe-
cto, cuius se amicitiae devoyisset, mori recusaret. Et cur
nos mori recusemus, mortuo capite eodemq; amicissi-
mo nostro, qui & resurrexit, ut & nos resurgeremus, nec
resurgeremus tantum, verum ad vitam eamq; æternam
resurgeremus? Christi sumus cohæredes, dicente Pau-
lo, si modo cum eo patimur, ut & cum eo glorificemur.
Mortui sumus & vita nostra abscondita est cum Christo
in Deo: postquam autem Christus, vita illa nostra, mani-
festus factus fuerit, tu & nos cum eo patemus glorio-
si. Exclamemus ergo cum Augustino: Quemadmodum
desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima
mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad te Deum fortè
vivum, quando veniam & apparebo ante faciem tuam?
O fons vitæ, vena aquarum viventium quando veniam
ad aquas dulcedinis tue? de terra deserta, invia & ina-
quosa, ut videam virtutem tuam & gloriam tuam, & sa-

tiem ex aquis misericordiae tue sitim meam? Sitio Domine, fons virtutis satia me: sitio Domine, sitio te Deum vivum. O quando veniam & apparebo Domine ante faciem tuam? O dies proclarus & pulchra, nesciens vesperam, non habens occasum: in qua audiam vocem laudis vocem exultationis & confessionis, in qua audiam, Intra in gaudium Domini tui, intra in gaudium sempiternum, in domum Domini Dei tui: ubi sunt magna & inscrutabilia & mirabilia, quorum non est numerus. Intra in gaudium sine tristitia, quod continet æternam lætitiam, ubi erit omne bonum & non erit aliquid malum: ubi erit quicquid voles & non erit quicquid noles: ubi erit vita vitalis, dulcis & amabilis, semperque memorialis: ubi non erit hostes impugnans, nec ulla illecebra, sed summa & certa securitas, secura tranquillitas, & tranquilla jucunditas, jucunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo & beata Trinitas, & Trinitatis unitas & unitatis Deitatis, Deitatis beata visio, quæ est gaudium Domini Dei tui. O gaudium super gaudium, vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium, quando intrabo in te, ut videam Deum meum, qui habitat in te? De hoc gaudio gratulamur piæ defunctæ Matronæ honestissimæ INGEBURG Schelwicke, cui hodie exequæ parantur: Nata ea est superioris seculi Anno sexagesimo quarto, Patre laudatissimo, Nauta ac Negotiatore apud nos quondam integerrimo, HANS Schelwick: matre modesta ac pia matrona, INGEBURGI Süttinge, avia hodiernorum Sibrandorum. His parentibus nata & per lavacrum regenerationis Christo implantata ~~per~~ nostra in pietate & honestate primam ætatem transegit. Nubilis facta Viro Præstantissimo ac Doctissimo Dn. BAR.

BARTHOLDO Bischoffen/ Juris Civilis Practico
ac Fiscali Judicij inferioris Rostochiensis nupsit, qui
ante annos XXIV. & quod excurrit diem suum pie
oblit. Ex quo, dum vixit, septem suscepit liberos, natu
majorem Virum Eximum & Præstantissimum Dn. M.
JOHANNEM Bischoff/ Correctoren Scholæ op
pidanæ meritissimum: Samuelem, qui primum Ministri
Academie, quem Pedellum vocamus, postmodum in
Judicio provinciali Secretarij spartam ornavit, *vñ c̄v
āgio*: DOROTHEAM, nuptam Viro Clarissimo
Dn. M. EOWALDO Kieben/p. d. Rectori quondam
hujus Scholæ dignissimo, meritissimo: ANNAM
REGINAM p. d. Viro Doctissimo Dn GUIL
ELMO Smiden/Cantori p. t. NICOLAITANO
dignissimo in matrimonium collocatam: ELISABE
THAM pariter p. defunctam, in matrimonio olim
sucundissimo viventem cum Reverendo & Clarissimo
Viro, Dn. M. JOHANNE Harberding/ in æde
Sp. S. Pastore adhucdum fidelissimo, Dn. Collega &
Compatre pl. dilecto & honorando: INGEBURGIN
p. m. elocatam Aromatopolæ Haffniensi: & ELISA
BE THAM, quæ in infantia est extincta. Ex his
maraq̄ens nostra liberorum XXVI. facta est Avia. Pieta
tem se stata est, & in pietate liberos suos educavit. Ante
quadrantem anni in morbum incidit, qui indies incre
mentum sumpsit, adeo ut visu & auditu privata ex fini
stra corporis parte membra sentiret quasi emori. Proin
de ad placidam se composuit mortem, & hac fini mi
nisterio Pl. Reverendi & Excellentiss: Dn. JOHANNIS
CORFINII, SS. Theol. Lic. P.P. & Pastoris
Marijani, Dn. Collegæ amicissimi & honorandi cor
poce

pore & sanguine Jesu Christi tanquam cœlesti viatico
confirmata fuit, atq; die XXIII. April. inter primam &
secundam nocturnam singulari cum ~~πληροφορια~~ & fiducia
in meritum Redemptoris sui inter ardentes preces placi-
de obdormivit, anno ætatis octuagesimo septimo. Cæ-
terum cum hodie hora prima exuviae sint gremio almæ
matris terræ & fidei concretendæ, omnes, qui Academ-
iæ Jurisdictionem agnoscunt, officiosè rogamus &
hortamur, ut deductioni funeris intersint, sua mortali-
tatis memores vivant, & utramq; Rempublicam Deo
Opt. Max. seriis precibus commendent. P.P. Rosto-
chij sub sigillo Rectoratus nostri XXV. April.

Anno M.DC. LI.

*Conventus fiet in ade Mariana ad
horam primam.*





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775779466/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779466/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775779466/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779466/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775779466/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779466/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775779466/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775779466/phys_0016)

DFG

aversurus, exules nos restiturus, & peccator
veniam promptissimè sit largitus. Hac
mortem non horremus, et si ea sit horribilis
turæ destructio, peccati stipendum durissi-
morumq; amicorum, corporis nimirum &
remtio. Scimus enim carnem nostram re-
adeoq; hic parem futuram Christi capit, c-
tionem Ecclesia nunc devota memoria re-
brorum conditionem. De Solduriis sive
Gallos Cæsar lib. 3 de bello Gallico hæc p-
liquit: Eorum hæc est conditio, ut omnibus
modis una cum his fruantur, quorum se an-
derunt: si quid iis per vim accidat, aut euri-
una ferant, aut sibi mortem consciscant, ne
minum memoria repertus est quisquam, q-
eto, cujus se amicitia devovisset, mori recu-
nos mori recusemus, mortuo capite eode i-
mo nostro, qui & resurrexit, ut & nos resur-
resurgeremus tantum, verum ad vitam ea
resurgeremus? Christi sumus cohæredes,
lo, si modo cum eo patimur, ut & cum eo
Mortui sumus & vita nostra abscondita est
in Deo: postquam autem Christus, vita illa
festus factus fuerit, tum & nos cum eo pate-
si. Exclamemus ergo cum Augustino: Qua-
desiderat cervus ad fontes aquarum, ita de-
mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad te D-
ivum, quando veniam & apparebo ante
O fons vitæ, vena aquarum viventium qu-
ad aquas dulcedinis tue? de terra deserta,
quosa, ut videam virtutem tuam & gloria-

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T1263 Serial No.